Incipit plogus magistri petri longobardi in expositione epistolarum beati pauli apostoli.



Rincipia
rerum
requiren
da sunt
prius:
ut earum
noticia
plenior
possit
haberi. Tunc enim demum. facilius
potest cause ratio declarari. si eius
origo discatur. Si igitur epistolarum scripture
post euangelium edite. modum et rati
onem ostendimus. poterit uideri uerum
quod dicimus. Sciendum igitur quod sicut in
ueteri testamento post legis mosayce eru
ditionem. ubi cultus diuine man
mandata continebantur. prophetica doc
trina fuit necessaria. que reduuiua
populi peccata suppliciorum denuntiatione
compesceret: atque eundem populum bonorum
repromissionibus adobediendum ac ser
uiendum deo uiuenti commoneret.
ita in nouo testamento post euangelium
in quo christiane religionis ordo. et perfec
te ueritatis doctrina traditur. epistolarum
pauli et aliorum perutilis secuta est doctri
na: ut ecclesiam dei contra hereticas premu
niret prauitates: et suborientia uicia
resecaret. et post futuras questiones exclu
deret. Hii sunt panni: qui ad extrahen
dum iheremiam de lacu. funibus cir
cum ligati sunt. Epistolarum siquidem
doctrina. legis et prophetie atque euangelii con
sonis testimoniis. uelut triplici fune
circumligatus. de lacu ignorantie et infideli
tatis. peccator ad lucem gratie et ueritatis e
ducitur. Inter omnes uero epistolarum scriptores pau
lus in tribus et pluribus forte excellit: scilicet
in operis profunditate: in fidei assertione: et in
gratie commendatione. seu spei subleuati
one. In operis profunditate: quia hoc opus et
ceteris plenius. et ad intelligendum diffi
cilius est. In fidei assertione: quia paulus in le
ge et prophetis peritus ad fidei catholice asser
tionem congrua auctoritatum legis et prophete
induxit testimonia: ut esset basis sub co
lumpna. In gratie commendatione seu
spei subleuatione. quia contra superbos et ar
rogantes et de suis operibus presumentes. pro
commendanda dei gratia fortiter. prudenter
atque acriter dimicauit: que nimirum
in illo euidentior et clarior apparu
it: quia inter alia opera uehementer ecclesiam
dei persecutus. pro quo summo fuit dignus suppli
cio. per maledictionem consecutus est gratiam: et
pro dampnatione suscepit misericordiam: in quo
ipso spes nostra plurimum subleuatur. Si
cut enim cum audiuimus dauid homicidam
et adulterum per penitentiam prophetie rece
pisse spiritum. omnis uenie diffidentia
peccatori tollitur. Ita cum saulum prius
ecclesie persecutorem postea factum apostolum et
predicatorem audiuimus. non modicum spes nostra
attollitur. Inde est quod in ecclesia hee epistole
frequentantur plus ceteris: ut psalmi dauid magis
aliis prophetis. Sciendum igitur est quod quatuor

Aug.

Aug.